MORTILOGIUM SANCTORUM
Salzburg (?), 1. Hälfte 15. Jh. Seite 18v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8138
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



xxxviij. annos xpo militauit. multos conuertens ad
fidem dei. ad extremum vero martirium compleuit. in capa-
docia. sub octauiano preside. quem propter infidelitatem
suam diuino iudicio percussum corporea cecitate post
martirium suum illuminauit. Apud Thessalonicam
ciuitatem. Nat. sancte Matrone. que cum esset ancilla
cuiusdam vidue. et occulte xpm colens. deprehensa
a domina sua. et usque ad mortem cesa incorrupta spiritum
Rome Nat. s. Ciriaci. qui post longam reddidit.
carceris maceracionem quam sub maximiano pertulit. cum
dyacono suo Sisinnio et Smaragdo et Largo. post
multa facta miracula. in quibus etiam filiam dyocleciani
Arthemiam ipsius rogatu a demonio liberauit. Filiam
quoque saporis regis Iobiam missus illo a dyocleciano
pro hoc eam a demonio curauit ac baptizauit. cum ipso
rege ac alijs quadringentis triginta. et rediens ro-
mam post mortem dyocleciani. tentus est inter alios xpia-
nos a filio eius maximiano. et in custodiam missus.
eo quod sororem suam fecisset xpianam. Deinde precepit ut
in die processionis sue. nudus kathenis obligatus ante
redam eius traheretur. Et post hoc eductus de carcere cum
socijs Largo et Smaragdo et Crescenciano. per car-
pasium vicarium. pice reliquata caput eius perfusum est.
Et rursum post dies quatuor eductus denuo de carcere in
catasta extentus. attractus neruis et fustibus cesus
post dies aliquot. iubente maximiano capite truncatus
est. cum Largo et Smaragdo. et alijs xx. Ipso tempore
maximianus interfecit sororem Arthemiam. Scriptum
est in gestis Marcelli pape. Vienne sancti Esicij epi.
Apud Aquilegiam sancti Hylarij epi. qui pro xpo primo
virgis et fustibus tam diu cesus. quod xxx viri fessi sunt.